

245 imp. Caesari | Vespasiano Aug. | pont. max., tr. pot. III¹, | imp. IIX², p. p., cos. III des. IIII³, | s. c.⁴, | quod vias urbis | neglegentia | superior. tempor. | corruptas in|pensa sua restituit.

Romae (VI 934, saepius descripta saec. XV et XVI). — 1) Tribuniciam potestatem computavit Vespasianus a kalendis Iuliis a. 69 (Tac. hist. 2, 79. Suet. Vesp. 6; Borghesi opp. 6 p. 6 seq.), ut trib. pot. III fuerit secundo anni 74 et priore anni 72 semestri. — 2) Imp. V appellatus est Vespasianus iam ante finem anni 70 (teste nummo aureo ap. Eckhel 6, 525, Cohen² Vesp. 209), imp. VI ante d. 3 Apr. 74 (III p. 850; Eph. ep. 2 p. 457). — 3) Consul tertium Vespasianus fuit a. 74, quartum a. 72; positus igitur titulus secundo semestri a. 74. — 4) Senatus consulto.

246

T. Caesari	imp. Caesari	Caesari Aug. f.
Vespasiano imp. III ¹	Vespasiano Aug.	Domitiano ³
pontif., tr. pot. II, cos. II	pontif. max., tr. pot. IIII ²	cos. destinato II ²
	imp. VIII, p. p., cos. IIII	principi iuventutis
C. Papius Aequos, γ ⁴ leg. III Aug., testamento poni iussit		
ex auri p. X.		

Romae olim, nunc pars extat Vicetiae (VI 932). — 1) Nota imperatoris vocabulum cum numero imperatoriae acclamationis nomini Titi Caesaris adiunctum, de qua re cf. Pick Zeitschrift f. Num. 13 1885 p. 255. 255 not. 2. — 2) Trib. pot. IIII Vespasianus fuit k. Iul. 72/75, Domitianus consul II processit kal. Ian. a. 75; positus igitur titulus secundo semestri anni 72. — 3) Domitiani nomen erasum esse, ita tamen ut legi et cognosci possit, notavit qui hanc partem lapidis vidit, accuratissimus Accursius. — 4) Centurio.

247 imp. Caesari | Vespasiano | Aug. pont. max., | trib. pot.¹, imp. X, cos. IIII², p. p., cens. | designato³, | [s]enatus populusq. Caeres.

Caere (XI 5605). — 1) Tribuniciae potestatis numerus omissus est, ut saepe in nummis. — 2) Consul quartum Vespasianus fuit a. 72, quintum a. 74. — 3) Lustrum conditum esse a Vespasiano quintum T. Caesare tertium consulibus, i. e. anno 74, narrat censorinus de die nat. c. 48. Videntur igitur censuram suscepisse a. 75, et quidem ante kal. Iulias, cum iam in tribunicia potestate quarta Vespasianum (VI 1258), in tribunicia potestate altera Titum (infra N. 260) reperiamus appellatos censores. Hic titulus videtur esse positus initio anni 75. Censor designatus appellatur Vespasianus etiam in inscriptione, eodem fere tempore posita, Olisipponensi II 485 cf. Eph. ep. 4 p. 9 (= II S. 5217).

248 [imp. Caesar Vespasianus Aug. pont. m]ax., trib. pot. VI¹, im[p. XIII]², p. p., censor, cos. VI desig. V[II]³, et] | T. Caesar Aug. f. | Vespasianus imp. VI⁴, | pont., trib. pot. IV, censor, | cos. IV design. V, auctis p. R. | finibus pomerium | ampliaverunt terminaveruntq. (In latere litteris magnis) XI.VII (in altero latere) p. CCCXX . . . VII.

Romae cippus rep. prope portam S. Pauli (VI 1252 cf. Huelsen Herm. 22 p. 624 not.). Cippus ab hoc non diversus, praeterquam numeris laterum, et quod minus integer fuit, olim prodiit prope portam Pincianam descriptus saec. XVI (Huelsen l. c. p. 622). Similes cippos Claudii habes supra N. 245. — 1) Kal. Iul. 74/75; sed consulatus numerus ostendit, titulum esse positum a. 75. — 2) Numerus incertus;